

DII.

Rus-Regium, Ruhekloster; olim: Aurea-Insula, Guldhholm, posterius Brarup, Klosterbrarup, Munkbrarupkloster; al. Guldenholm, Guldenholma, Gùldenholm, Gùldeholm, Gulholm, Gólholm, Gudholm, Gutholim, Gutholyn, Guthelin, Gudolim, Gudolm, Gudolino (Bl), de Gudolis (N), Godolin, Gondolim (F), Godulium (M, quo nomine Guldhholm interdum cum Guthualia permiscetur atque Novæ-Vallis vel cujusdam Bonæ-Vallis filia vocatur), Holme; Rus-Regis, Jus Regis in Norvegia (Si), „Rus Regalis”, de Rus (N), de Ruz (B), Rursteg, Ruristegii Monasterium, Ris, Rie, Rie-Closter, Rii, Ry, Ryæ- v. Ryense v. Ryanum Coenobium, Rye, Rye-Closter, Rykloster, Rùekloster, Ryde, Rydte, Rydtæ, Rydha, Ryta, Rythæ Closter, Rythe, Rythia, Rythium Coenobium, Roy, Rude, Rùde, Rudekloster, Rudelkloster, Rukloster, Rug, Ruge, Rugekloster, Monasterium Campense.

Foundationi hujus coenobii, in ducatu et dioecesi Slesvicensi (hod. in provincia Slesvico-Holsatiensi) siti, *Waldemari*, episcopi Slesvicensis studium, monachos Cluniacenses *S. Michaelis* prope urbem cathedralem, qui cum abbate antiquæ domus famam „per insolentias et enormitates intolerabiles” maculaverant, ope Cisterciensium reformandi occasionem dedisse videtur. Pro his enim melioris disciplinæ magistris novam sedem ad primum a Slesvico lapidem in peninsula *Guldhholm* (ad lacum Langesøe in parochia Nybel vocata et territorio Struckdorfensi sita) circa a. 1190 vel 1191 condere coepit eamque secundum „Narrationem de fundatione Aureæ-Insulæ” monachis *Esromio* (perp. Sora, Vitæ-Schola, Bona-Valle) de linea Claræ-Vallis advocatis prid. Id. Jun. 1192 tradidit atque insignem bonorum corrupti illius coenobii partem adjecit (B. Bi. M. Du. V. Pa. [XII Jan.]. Vi. [II Non. Mart.]. W. Ha. [ubi Aurea-Insula etiam *Ruess* vocatur atque cum Kerzensi abbatia commixta in Egresii prole recensetur]. N. J. JO. Ve. St. JC. Bo. Na. [ubi *Aurea-Insula* a *Godolim* distinguitur hocque Bonæ-Vallis filia vocatur]. F. A. R. E. EM. L. La, chron. Erici regis, annales Colbaz., Ry., Bartholiniani; chronologia rerum memorab., breve chron. Dan., Hamsfortii chronol. II, Messenius, Pontoppidani annales, Daugaard, Kuss, Winter; 1191: L. N, Huitfeldt, anon. chron. Dan. Suec., Petri Olai annal. Dan. [iterum ad a. 1193]; 1186: Bl; 1162: A. R. E. EM. SC. N. L. La). Propter quod quum coenobitæ S. Michaelis illis injurias intulissent gravesque lites excitassent, omnia quæ possidebant bona mobilia et immobilia Cisterciensibus a. 1195 collata iisdemque a Kanuto IV rege prid. Cal. Apr. 1196 confirmata sunt. Tandem Nicolaus episcopus monasterii sedem quum ob urbis viciniam tum ob palustre Aureæ-Insulæ territorium ad locum *Rude*, solitarium quidem sed amoenum, in silva ad lacum Flensburgensem situm transtulit, qui quum *regii* juris esset, abbatia *Rus-Regium* vocata est; id autem die S. Magni (VI Sept.) 1210 accidisse et regulam in novo coenobio primum festo S. Thomæ die (XXXI Dec.) lectam esse tabulæ et scriptores patrii testantur (Du. JO. JC. Bo. St. Ve, annal. Ry., chron. Erici regis, Narratio de fundatione Aureæ-Insulæ, Pontoppidani annales; 1209: Hamsfortii catalog. Epp. Slesvic. et chronol. II, Pontanus, Messenius; Id. Jan. 1200: B. [ubi Aurea-Insula perp. pro Hero-Insula legitur]).

Qui *Petrum*, primum antistitem, exceperunt, quamquam tristia fata experti sunt, tamen cum maximo suorum incremento præferunt; hodie autem Ruris-Regii locum arx Glücksburgensis occupat.

(Manr. 1192. V. 8. — Jong. VIII. 35. N. 12; ej. Orig. — Douschon. — Pontanus 301. — Messenius II. 15. 22. — Westphal. Monum. III. 333. — Langebek I. 164. 179. 283. 284. 342. 389; II. 524; III. 338. 314. 631; V. 379—383; VI. 35; VII. 173. 323. — Pontoppidani annal. I. 480. — Reg. Dan. I. 401. — Kuss, Die vormal. Mönchsklöster Cist. Ordens etc. [Falck, Magazin X. 459—496]. — Pertz SS. XVI. 404. 405; annal. Colbaz. XIX. 716. — Winter I. 138. — Michelsen I. N. 60. — Daugaard 458. — Lindenbrog 271. — Münter Gesch. II. 646. — Huitfeldt I. 155. — Böttcher 440. 445). —

DIII.

Vallis S. Aegidii, Buch; al. Vallis S. Egidii, S. Aegidii (simpl.), Ilgenthal; Kloster Buch, Maria in Buch (in cod. tax.), zcu dem Buche, Bucha, Buchense v. Buchcense v. Buchaviense v. Bochense Coenobium, Buchia, Buchau, Buchaw, Buech, Puech, Sueck (ap. Leuckfeld), Cubucho (Bl), Büg, Buk (Na), Buich, Buoch (Div. He), de Bunch (F), Bung, de Bunc, Dehunc (V), de Binic (B), Bynyc (Bi), de Binis, de Binio, de Bivio; Bluch (N), de Ruth; Boch, Bocha, Bochium, Bochitum (ap. Dubois), Boich (Vi), Borch (Ha), Bowoch, Vallis Brurch (M), „Hernuck (Hermick ?) et de Buch” (Vi), „Borsan v. Bukan in dioecesi Misnensi” (F, confusione facta cum Bocconio), Bokan en Saxe (Na).

Domus illa, a chronologiarum scriptoribus et cum *Bocconio* frequenter commixta et in *duas* divisa, in jucundissima valle infra confluentem Zschopæ et Muldæ, non procul ab oppido Leisnig vocato, in Saxonia et dioecesi Misnensi sita fuit atque *Henrico III*, burggravio Leisnicensi, originem debuit, qui monachos *Sichemio* (de linea Morimundi) adductos in vico *Buch* collocavit et coenobium a proxima *S. Aegidii* ecclesia *Ilgenthal* seu *Vallem S. Aegidii* vocari jussit; at antiquum loci nomen *Buch* ita prævaluit, ut novum, licet in vetustis tabulis nostris sæpius obvium, tamen in diplomatis ante a. 1442 vix commemoretur. Si traditioni domesticæ fides habenda est, Sichemienses IV Id. Aug. 1192 missi et XVI Cal. Sept. e. a. sedem ipsam destinatam ingressi sunt (B. Bi. M. Du. Pa. Vi. V. SC. N. Ha. W. A. EM. R. E. L. La. Na, Siffridus monachus Buchaviensis, chronicon Coldicense, genealogia comitum Leisnicensium, Schoettgenii Invent., Winter; 1191: A. R. E. EM. SC, chron. Coldic.; 1190: Buchinger, Beyer, Ersch; 1195: V; 1170: Bucelinus, Leuckfeld; 1180: V. J. JO. JC. Bo. St. Ve, Bucelinus, Dubois; 1182, 1184: F).

Hildebertum, primum abbatem, *Bruningus* et *Bernardus* exceperunt, ille prudentissima rerum temporalium cura, hic virtutum quoque fama illustris; felicibus his auspiciis Vallis S. Aegidii ex angustis initiis cito emersit deque regione excolenda et plebe instituenda clare meruit.

(Manr. 1182. V. 8; 1192. V. 8. 10. — Jong. III. 66. N. 3; ej. Orig. — Douschon. — Leuckfeld Walkenred. 506. 524. — Chronicon Coldicense ap. Mencken II. 670; genealogia comitum Leisnic. III. 878. — Bucelinus I. 18; IV. 18. — Buchinger 141. — Sartorius Vert. Cist. 643. — Miræi chron. 108. — Ersch I. S. XIII. 288. — Hirsching 614. — Frind I. 348. — Beyer 156. — Ledebur N. A. I. 355. — Winter I. 148. II. 291. — Schöttgen Invent. Saxon. Sup. 54. — Potthast Regg. 684. — Böttcher 643. — Codex diplomaticus monasterii Buch ap. Schöttgen Diplom. II. 171. — Hingst, Das Kloster Buch in seinem Ursprunge, Wachstume und Glanze [Mittheil. des koen. sächs. Vereins für Erf. u. Erh. vaterländ. Geschichts- und Kunstdenkmale XIV. Heft p. 64]). —